Fragmentarium

uerſam uitam uel mortem nece-
tate. An conceptu non quidem habere fata
que non naſcentes habere non poterunt. Quod
ſi quod dicunt. ſi hora conceptionalis in-
ueniatur. multa ab iſtis dici poſſe diuin-
us. Unde etiam illud a nonnullis predica-
tur. quod quidam ſapiens horam elegit
qua cum uxore concuberet. unde filium
mirabilem gigneret. Unde poſtremo et
hoc eſt. quod de illis pariter egrotantibus
geminis poſſidonius magnus aſtrologus
idemque philoſophus reſpondebat. ideo
fieri quod eodem tempore fuiſſent nati et con-
cepti. Nam utique propter hoc addebat con-
ceptionem. ne diceretur ei non ad liquidum eo-
dem tempore fuiſſe conceptos. ut hoc quod
ſimiliter ſimulque egrotabant. non daret de
proximo pari corporis temperamento. ſed
eandem quoque ualitudinis parilitatem ſide-
reis nexibus alligaret. Si ergo in conceptu
tanta uis eſt ad equalitatem fatorum. non de-
buerunt naſcendo eadem fata mutari. Aut
ſi propterea mutantur fata geminorum. quia
temporibus diuerſis naſcuntur. cur non
potius intelligamus iam fuiſſe mutata. ut

1

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 101, 101b: 1r – Augustinus Hipponensis, De civitate dei
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-77mn/208/2871)